8 Certitudo eſt in appetitu naturali inquantum infallibiliter inclinatur a Deo dirigente ipſum in finem, & non quod appetitus naturalis cognoſcat finem. 1. 2. q. 4. 2. 3., 2. 2. q. 18. 4. o., 3. d. 26. q. 2. 4. o.

9 Cer-

Digitized by Google

CE

9 Certitudo principaliter, & eſſentialiter, eſt tantum in cognitione, ſed ſecundum ſimilitudinem, & participative eſt etiem in aliis, ut in operibus naturæ, vel artis. 1. 2. q. 18. 4. o., 2. 2. q. 18. 4. o., 3. d. 26. q. 2. 4. 1.

10 Certitudo cognitionis eſt diverſimode in Deo, in angelis, & in hominibus. 2. 2. q. 9. 1. 1. *Academici*. *Adam*. 15. 30. *Altitudo*. 1. *Amicitia*. *Angelus*. 349. &c. 503. *Beatus*. 9. *Caritas*. 124. *Cælum*. 73. *Cognitio*. 6. 38. *Coniectura*. 3. *Conſilium*. 8. 11. 26. *Debitum*. 20. 21. *Experientia*. 9. *Figura*. 8. 9. *Finis*. 63.

11 Motus appetitivæ virtutis, ut dirigitur a cognitione, participat aliquid de eius certitudine. Virt. q. 4. 2. 4.

12 Viſus eſt ſimpliciter certior auditu, licet quandoque ſit e converſo. 2. 2. q. 4. 8. 1. *Futurum*. 2. *Gratia*. 170. *Imaginativa*. 1. *Immunitas*. 1. *Infernus*. 6. *Inquirere*. 3. *Intellectus*. 298. *Iudicium*. 15. 46. *Lex*. 12. *Malitia*. 5. *Maria*. 40. *Mathematica*. 5. *Menſura*. 5. *Mors*. 21. *Notum*. 22. *Perfectio*. 76. *Prædeſtinatio*. 33. 41. &c. *Prophetia*. 32. 61. *Providentia*. 5. *Prudentia*. 67. *Ratio*. 30. *Revelatio*. 2. *Salomon*. 3. *Scientia*. 8. 24. 145. &c. 158. *Sententia*. 4. *Signum*. 5. *Suſpitio*. 4. *Theodoſius*. 1. *Theologia*. 3. *Teſtamentum*. 4. *Teſtis*. 5. *Viſus*. 11.

13 Virtus, & natura ſunt certiores arte, quia infallibilius operantur, 2. 2. q. 18. 4. o., 3. d. 26. q. 2. 4. o., Ver. q. 10. 10. 9., Vir. q. 4. 1. 10. *Contingens*. 10. *Decima*. 6. *Dæmoni*. 82. 83. *Gigantes*. *Hæreſis* 96.

14 Fides eſt certior omni virtute intellectuali ex parte rei, & cauſæ, ſed e converſo ex parte ſubiecti, & evidentiæ. 1. q. 1. 5. 1., 2. 2. q. 4. 8. o., 1. Prol. 3. 5., 3. d. 23. q. 2. art. 2. q. 3. o., ʒ. 3. c. 154. princ., med., Ver. q. 10. 12. 6., q. 12. 2. 3., qu. 14. 1. 7., Trin. 9. 4., Ioan. 4. lect. 5. fin. *Fides*. 89.

15 Certitudo adhæſionis non eſt proprie fidei, quia convenit etiam infideli per imperium voluntatis, & per fidem falſam, & convenit virtutibus intellectualibus. Quol. 6. 4. o.

16 Spes eſt certior omni alia virtute. 3. d. 26. q. 2. 4. o. *Spes*. 46. *Caritas*. 124. *Fiducia* 3. &c. *Gratia*. 170.

17 Certitudo ſpei eſt ex cognitione dirigente. 1. 2. q. 40. 3. 3., 2. 2. q. 18. 4. o., 3. d. 26. q. 2. 4. o., Virt. q. 4. 1. 10., 2. 4.

18 Certitudo ſpei cauſatur ex liberalitate divina ordinante nos in finem, & ex inclinatione omnium virtutum etiam ſpei. 3. d. 26. q. 4. o.

19 Certitudo cognitionis eſt ex ſe, ſed certitudo ſpei, & naturæ, eſt ex alio, ideo deficit per accidens. 1. 2. q. 40. 2. 2., 3. d. 26. q. 2. 4. 2. *Perfectio*. 76. *Spes*. 4. 46. 81. *Uſura*. 7. 4. 98. 138. 142. 160. 177. 192. 194. 313.

20 Spes viatorum habet certitudinem ex fide, omnipotentiæ, & miſericordia Dei, non autem ex meritis propriis. 2. 2. q. 18. 4. o., Virt. q. 4. 2. 4.

21 Certitudo ſpei eſt in affectu, defectibilis de incomplexo; & opponitur diffidentiæ. Sed certitudo fidei eſt in intellectu, indefectibilis de complexo, & opponitur dubitationi. 3. d. 26. q 2 4. 5.

22 Immo obiectum fidei bene, & vere poteſt dici complexum, & incomplexum. 2. 2. q. 1. 2. o., 3. d. 41. L., Ver. q. 14. 8. 5., 12., 12. o.

23 Spes fundata ſupra rectam conſcientiam, habet certitudinem, non autem fundata ſupra falſam conſcientiam. Ver. q. 17. 2. 8.

24 Certitudo ſpei formata in præſcito eſt maior ſecundum habitum quam certitudo ſpei in formis in prædeſtinato, ſed ex parte Dei ſunt æquales. 3. d. 26. q. 2. 4. 5.

Cervus ſignificat catechumenos, & iuſtos. Pſal. 41. princ. *Iuſtus*. 11. *Chriſtus*. 214.

Cæſar. *Caio*. *Imperator*. 4. *Iulius*.

Ceſpitare. *Cæcitas*. 5. *Impactio*. *Impingere*.

1 Ceſſare dicitur Deus ab omni opere condendo, non autem propagando, & conſervando. 1. q. 73. 1. 2., 2. o., q. 74. 2. 3., q. 118. 3. 1., 2. d. 15. q. 3. 1. o., 2. o., ʒ. 2. c. 84 fin., Ioan. 5. lect. 2. fin., Hebr. 4. lect. 1. fin. *Accuſatio*. 23.

2 Deus ceſſat operari ratione effectus, non autem ratione operationis, quia eſt æternæ. 2. d. 15. q. 3. 1. 3. *Actio*. 62. *Advocatus*. 6.

3 Ceſſare a peccato non dicit ſimplicem negationem, ſed diſplicentiam peccati, & propoſitum dimittendi peccatum. 4. d. 14. L. med., d. 15. q. 1. art. 5. q. 1. 3., Ver. q. 28. 5. o., 2. *Ambroſius*. 2. *Angelus*. 288. *Baptiſmus*. 32. 33.

4 Legalia ceſſare debuerunt tempore gratiæ, triplici ratione; ſcilicet quia lex inſtituta fuit ad ſignificandum gratiam novi teſtamenti, quæ per Chriſtum facta eſt; & ex imperfectione, quia in legalibus gratia non conferebatur quantum oportebat in novo teſtamento dari; & ex parte eorum quibus lex data eſt, qui erant parvuli, ſed poſtmodum quando ad perfectam ætatem humanum genus pervenit, debuit ab iis obſervantiis populus liber eſſe. 4. d. 1. q. 2. art. 5. q. 2. o. *Circumciſio*. 16. 17.

1 Cete dicitur Leviatan, ideſt addimentum. Et interpretatur balena a balin, ideſt emittere, quia altius ceteris animalibus emittit aquas. Iob 40. lect. 2. 3. princ.

2 Cete habet corpus iugerum quatuor, ſecundum Plinium, & æquale montibus, ſecundum Iſidorum. Ideo excellit magnitudine, & virtute omnia alia animalia aquatica, ſicut elephas omnia alia animalia terreſtria. Ideo utrumque ſignificat diabolum. Iob 40. lect. 2. 3. princ.

3 Cete habet ducentaquinquaginta addimenta carnea, in figuram magnæ falcis ſuper ſingulos oculos, quibus utitur pro operculo, tempore magnæ tempeſtatis. Iob 41. lect. 1. med.

4 Cete eſt ita pingue, quod incisionem pellis eius in cauda non ſentit, quam ligant funibus ad ſaxa, vel ad arbores, & excitatum a ſomno lapidibus fundæ recedens dimittit pellem, cuius caput eſt tam magnum, quod de eo fluant quinquaginta lagenæ ſanguinis. Iob 40. lect 3. fin.

5 Cete habet quamdam pellem per modum membranæ in gula multis meatibus perforatam, ne quid magnum ingrediens impediat digeſtionem. Iob 41. lect. 1. med.

6 Cete habet multas ſquamas, ſicut ſcuta magna, ſic denſas, quod nec aer poteſt ingredi, ſed cum moritur vel infirmatur, raræ fiunt, ſiccæ, & curvæ. Iob 41. lect. 1. fin.

7 Cete habet pulmonem, & reſpirat ſicut delphinus. Et emittit aerem aduſtum, propter multum calorem eius, neceſſarium ad motum tantæ molis. Iob 41. lect. 2. princ.

8 Nullus piſcis habet collum, niſi generans alium, ſicut delphinus, & cete. Iob 41. lect. 2. princ.

9 Cete habet os valde dentatum, præcipue duos dentes ad modum dentium elephantis, vel apri, quaſi duas portas magnas. Iob 41. lect. 1. med.

10 Cete eſuriens emittit per os ſuavem odorem, quaſi

Digitized by Google

CE

quaſi odorem ambræ, quem alii piſces ſentientes, intrant in os eius, & devorantur. Iob 41. lect. 2. princ.

11 Cete tantum comedit, quod ſpatium maris in quo fuerit, relinquit vacuum piſcibus. Iob 41. lect. 2. princ.

12 Cete perſequens alios piſces, impingit ad litus, ubi pauca eſt aqua, ideo occiditur. Iob 40. fin. *Fulmen*.

13 Cete non poteſt ulla arte elevari, nec capi. Sed ſi capitur, carnes eius ſufficiunt toti regioni. Iob 40. lect. 3. 5.

14 Cete eſt maius quolibet alio animali, quia in mari ſunt maiora animalia quam in terra. Iob 41. lect. 2. fin.

15 Cete magnitudine ſua cauſat magnas tempeſtates in mari, commovendo profundum eius. Iob 41. lect. 2. fin.

Ceteris paribus. *Agnus*. 2. *Amor*. 98. 108. *Anima*. 4. *Animal*. 19. 66. *Aureola*. 10. *Baptiſmus*. 178. 220. *Benefacere*. 4. *Beneficium*. 6. *Caritas*. 41. *Caſus*. 3. *Cete*. 1. *Cibus*. 4. *Coactio*. 8. *Colera*. *Conceptio*. 11. *Creatura*. 31. *Deus*. 300. *Eleemoſyna*. 24. *Evangelium*. 8. *Eucharistia*. 37. 100. 101. 176. *Hæreſis*. 18. *Homo*. 27. 28. 31. *Humilitas*. 21. *Individuum*. 35. *Intellectus*. 222. *Ira*. 54. *Iuſtitia*. 58. *Laus*. 7. *Lucifer*. *Luxuria*. 26. *Manſuetudo*. 2. *Matrimonium*. 13. *Medium*. 26. *Mens*. 5. *Motus*. 45. *Nativitas*. 14. *Oppoſitio*. 2. *Oratio*. 42. *Paſtor*. *Paulus*. 14. 15. *Peccatum*. 232. 237. 254. *Pœnitentia*. 24. *Verum*. 21.

1 Cetus, ideſt feſtum collectæ, fiebat in memoriam pacis, & adunationis Iudæorum in terram promiſſionis, & figurabat Eccleſiam beatorum. 1. 2. q. 102. 4. 10. *Baptiſmus*. 157. *Communitas*. *Congregatio*. 8. *Excommunicatio*. 2. &c. *Feſtum*. 4.

2 Feſtum omnium Sanctorum ſuccedit ei, vel feſtum Angelorum. 1. 2. q. 103. 3. 4. *Oſtiarius*. *Plebs*. *Populus*.

Cerintus. *Hæreſis*. 88.

1 Cherubin interpretatur plenitudo ſcientiæ, quæ eſt quadruplex in eis, ſcilicet perfecta Dei viſio, plena divini luminis ſuſceptio, contemplatio pulchritudinis in ordine rerum, & copioſa divinæ cognitionis effuſio in alios. 1. qu. 63. 7. 1., q. 108. 5. 5., 2. d. 9. 3., ʒ. 3. c. 80. med., Opuſc. 2. c. 126., Coloſs. 1. lect. 4. fin. *Fruitio*. 2. 3. *Iudæi*. 25.

2 Ordo duplex ante infuſionem gratiæ, poterat dici Cherubin, & Seraphin, quia in eis erat dilectio, & cognitio naturalis, a cuius ardore, & plenitudine dicuntur Cherubin, & Seraphin, licet imperfecte. 2. d. 9. 7. 2. *Seraphin*. 4. *Metaphora*. 6. *Propitiatorium*. *Sedere*. 10.

Chiliaſtæ fuerunt hæretici, ideſt millenarii, qui dicebant primam reſurrectionem futuram eſſe martyrum, ut cum Chriſto mille annis in terra regnent. 4. d. 43. art. 3. qu. 1. 4., ʒ. 3. c. 27. fin., Lib. 4. c. 82. *Delectatio*. 93. *Lactantius*.

1 Chimæra. Ratio, ſive conceptio chimæræ, non habet fundamentum in re neque proximum, neque remotum, quia neque eſt ſimilitudo alicuius rei extra animam, neque conſequitur ex modo intelligendi rem aliquam naturæ. Et ideo iſta conceptio eſt falſa. 1. qu. 16. 3. 2., 5. 3., 7. 4., fin., q. 48. 2. 2., 1. d. 2. 3. o. med., d. 19. qu. 5. 1. o. princ., d. 30. 3. o., Pot. q. 7. 6. o. *Ratio*. 5.

CH

2 Nihil prohibet imaginari montes aureos, aut chimæram. Ver. qu. 3. 4. 6. *Conceptio*. 7. *Ratio*. 5. *Videre*.

1 Chorea, ſive ludus chorealis, ſi fiat cum circumſtantiis honeſtis in ludis, erit actus virtutis, & poterit eſſe meritorius, ſi gratia informetur, ſcilicet ut non ſit perſona indecens, ſicut clericus vel religioſus, ut ſit tempore lætitiæ, vel liberationis gratia, vel in nuptiis, & huiuſmodi, ut fiat cum honeſtis perſonis, & cum honeſto cantu, & quod geſtus non ſint nimis laſcivi, & ſi qua huiuſmodi ſunt. Iſa. 3. fin.

2 Si autem ludus chorealis fiat ad provocandum ad laſciviam, & ſecundum alias circumſtantias, conſtat quod actus vitioſus erit. Iſa. 3. fin.

1 Chriſma benedici oportet ab Epiſcopo in cœna domini. 3. q. 72. 3. o., 12. 3., 4. d. 2. q. 1. art. 1. q. 2. 2., d. 7. qu. 1. art. 2. qu. 3. o., d. 24. qu. 3. 3. o., Ver. q. 27. 4. 10. *Baptiſmus*. 61. 68. 69. 237. &c. 244. *Confirmatio*. 4. 6. 8. *Epiſcopus*. 14. *Sacerdos*. 21. *Sacramentum*. 41. 46. &c.

2 Benedictio chriſmatis non eſt forma confirmationis. 4. d. 7. q. 1. art. 2. q. 3. 2., art. 3. q. 3. o., d. 8. q. 2. art. 1. q. 1. 2. *Confirmatio*. 10.

3 Chriſmate unguntur pontificis caput, baptizati frons, altare, & calix. 4. d. 7. qu. 1. art. 1. q. 1. 1., art. 2. q. 3. 2. *Confirmatio*. 4. 46. *Simonia*. 22. *Unctio*. 4. 6. 37. 39.

Chriſoſtomus, *Architriclinus*, *Ioannes*. 18. *Baptiſmus*. 61. 68. 69. 237.

Chriſtianus dicitur qui Chriſti eſt, ideſt qui fidem Chriſti habet, qui ſpiritu Chriſti virtuoſe operatur, & ad imitationem Chriſti peccatis moritur. 2. 2. q. 124. 5. 1. *Adoratio*. 8. *Amor*. 136. *Andreas*. *Apoſtoli*. 13. *Confirmatio*. 32. *Credere*. 20. *Decimæ*. 6. *Deus*. 203. *Dies*. 18. *Doctor*. 3. *Epiſcopus*. 15. *Eva*. 2. *Euchariſtia*. 11. &c. 150. 176. 229. *Fidelis*. *Fornicatio*. 17. 18. *Hæreſis*. 109. *Ieiunium*. 18. *Imperator*. 8. *Infidelis*. *Inſtructio*. *Iudæi*. 6. 16. 46. *Matrimonium*. 120. &c. *Miraculum*. 43. 44. *Obedientia*. 41. *Papa*. 4. 6. *Paſſio*. 128. *Perfectio*. 77. *Religio*. 28. 92. *Rex*. 10. *Servitus*. 10. *Templum*. 13. *Unctio*. 30. *Chriſtus*. 56.

1 Chriſtus non fuit homo ab æterno, ſed iſte homo fuit ſemper & ab æterno. 3. d. 12. qu. 1. 2. 5., Rom. 1. lect. 3. fin. *Adventus*. 1. &c. *Cælum*. 33. 34. *Claritas*. 14. &c. *Communicatio*. 8. *Conceptio*. 18. &c.

2 Chriſtus in triduo mortis ſuæ non fuit vere homo. 3. q. 50. 4. o., 3. d. 22. qu. 1. 1. o., Quol. 2. 1. o., Quol. 3. 4. o. fin., Opuſc. 2. c. 236. *Corpus*. 55. &c. *Datio*. 34. *Dies*. 14. *Euchariſtia*. 20. 89. &c. 118. &c. 175. 176. 177.

3 Chriſtus tunc poterat magis dici filius hominis quam homo. Quol. 2. 1. 1. *Poeſis*. 3. *Genealogia*. 2.

4 Chriſtus non eſt tantum homo quia excluderetur quælibet alia natura. 3. diſt. 6. qu. 1. 3. 3., q. 2. 1. 7. *Gloria*. 15. &c. *Gratia*. 85. 88. *Ieiunium*. 15. *Ieſus*. 1. &c. *In*. 17. *Iuge*. *Iuſtificatio*. 36. &c. *Maria*. 7. 33. 34.

5 In illo triduo mortis corpus Chriſti non fuit vivum, nec animatum. 3. q. 50. 4. o., 1.

6 Chriſtus non eſt ubique homo: quia natura humana non eſt ubique, ſed iſte homo eſt ubique: quia ſuppoſitum divinum eſt ubique. 3. d. 22. q. 1, 2. o. *Mediator*. *Paſſio*. 95.

Chri-

Digitized by Google

CH

7 Chriſtus ſecundum quod homo eſt ubique, ſi ly *homo* importet unitatem ſuppoſiti, non autem ſi importet conditionem humanæ naturæ. 3. d. 22. q. 1. 2. o.

8 Totus Chriſtus eſt ubique, non autem totum; quia maſculinum genus pertinet ad perſonam, ſed neutrum genus pertinet ad naturam. 3. q. 52. 3. o., 3. d. 6. qu. 2. 1. 6., d. 22. qu. 1. 1. 6., Opuſc. 2. c. 236.

9 Ly *homo* de Chriſto ſignificat tres ſubſtantias; ſed duas ratione ſignificati, ſcilicet animam, & corpus; aliam vero, ſcilicet divinam, ratione ſuppoſiti. 3. diſt. 6. qu. 1. 3. o., Quol. 2. 1. o. *Reverentia*. 6.

10 Ly *homo* prædicatur univoce, & non æquivoce de Chriſto, & de Petro, & de ceteris hominibus: 3. d. 6. qu. 1. 3. 1., d. 7. qu. 1. 1. 3., ℥. 4. c. 37. 2., 3., Unio. 2. 2., 4., Opuſc. 2. c. 217.

11 Chriſtus non eſt homo creatus, nec homo increatus ſi participium determinet prædicatum abſolute; ſi vero determinet compoſitionem, eſt homo creatus. 3. d. 11. 2. 3.

12 Natura divina conſtituit perſonam Chriſti ſimpliciter; non autem natura humana eius, ſed ſecundum quid, ut ab ea denominatur homo. 3. q. 3. 1. 3., Unio. 4. o.

13 Chriſtus eſt unus ſine pari, octupliciter; ſcilicet unus Deus, propter unam naturam Divinitatis; unus creator, propter infinitatem poteſtatis; unus homo, propter ſingularem eminentiam ſanctitatis; unus Dominus, propter generalem rationem prælationis; unus magiſter, propter infuſionem cognitionis; unus pater, propter productionem univerſitatis; unus paſtor, propter generalem refectionem populi fidelis; una hoſtia, propter ſingulare pretium noſtræ redemptionis. 2. Cor. 8. fin.

14 Perſona Chriſti eſt tota in quolibet loco, ſed non totaliter. 3. q. 51. 3. 3. *Filiatio*. 25. &c.

15 Omnis perfectio ſpiritualis, poſſibilis animæ Chriſti, debet ei attribui. 3. diſt. 18. 3. o. *Perſona*. 15.

16 Idem iudicium eſt de iſtis propoſitionibus, Chriſtus ſecundum quod homo, eſt perſona, ſuppoſitum, hypoſtaſis, & res naturæ. 3. q. 16. 12. 3. *Adoptio*. 22. 23. *Angelus*. 597. 598.

17 Immo ultima magis accedit ad veritatem. 3. d. 10. q. 1. art. 2. q. 3. o.

18 Hæc eſt vera, Chriſtus, ſecundum quod homo, eſt ſuppoſitum, vel hypoſtaſis, vel perſona, ſi ly *homo* ſtet pro perſona; ſi autem ſtet pro natura, eſt falſa in hoc ſenſu, quod natura humana in Chriſto cauſat propriam perſonalitatem, ſed vera ſub hoc ſenſu, quod naturæ humanæ in Chriſto convenit eſſe in aliqua perſona. 3. q. 16. 12. o., 3. d. 10. q. 1. 2. o., Rom. 1. lect. 3. fin.

19 Hæc eſt vera, & propria, Deus eſt homo, & e converſo. 3. q. 16. 1. 2. o., 3. d. 7. q. 1. 1. o.

20 Hæc eſt per ſe, & in materia naturali, Deus eſt homo; non autem per accidens, nec in materia remota, nec in materia contingenti, & ratione ſuppoſiti, non ratione formæ. 3. qu. 16. 2. 1., 3. d. 7. qu. 1. 1. o., 5., 6., 7., 8., Unio. 4. o. fin. *Deificatus*. *Dæmon*. 21. 22.

21 Hæc eſt falſa, Deus factus eſt homo, & e converſo, ſi ly *factus*, determinet ſubiectum, vel prædicatum abſolute; ſi vero determinet compoſitionem, eſt vera; ſi autem determinet ſubiectum reſpectu prædicati eſt vera, ſed converſa eius eſt falſa proprie: improprie vero eſt vera, idest ſi ly *homo* in ſubiecto ſupponet ſimpliciter, & non perſonaliter. 3. q. 16. 6. 7. o., qu. 33. 3. o., 3. d. 3. q. 5. 3. o., d. 7. q. 2. o., Opuſc. 1. c. 18., Opuſc. 3. c. 6., Rom. 1. lect. 2. fin.

22 Hæc eſt vera, Chriſtus, ſecundum quod iſte homo, eſt Deus; & iſta eſt per ſe, Iſte homo eſt Deus. 3. d. 10. q. 1. art. 1. q. 2. o.

23 Hæc proprie eſt falſa, & improprie vera, Chriſtus, ſecundum quod homo, eſt Deus, eadem ratione, ſcilicet quia reduplicatio magis proprie facit ſtare pro natura, niſi per aliquid limitetur ad ſuppoſitum. 3. q. 16. 1. 1. o., 3. d. 10. q. 1. art. 1. q. 1. o., qu. 3. o. *Dominicus*. 2. *Filiatio*. 27. 28. *Hæreſis*. 89. *Iuſtificatio*. 39. 40.

24 Hæc eſt falſa, Chriſtus eſt tantum homo, ſed hæc eſt vera, Chriſtus eſt tantum id quod eſt homo. 3. q. 17. c. 3.

25 Hæc eſt vera, Iſte homo fuit ab æterno, ſed iſta eſt falſa, Chriſtus fuit homo ab æterno. 3. d. 22. q. 1. 2. 5.

26 Hæc eſt falſa de Chriſto, Iſte homo incepit, niſi addatur aliquid creatum. 3. qu. 16. 7. o. fin., 9. o., 3. d. 12. q. 1. o.

27 Hæc eſt vera, Chriſtus eſt creatura, ſecundum naturam humanam, & eſt minor Patre; non autem ſimpliciter. 1. q. 41. 3. o., 4., 3. q. 16. 8. o., q. 20. 1. 1., 3. d. 4. qu. 2. 2. 4., d. 11. 1. 2. o., d. 21. q. 1. 3. 2., ℥. 4. c. 48., Ver. q. 29. 1. 1., 1. Cor. 15. lect. 2. princ. *Miſſio*. 12.

28 Non eſt dicendum, Chriſtus eſt creatura, niſi addendo, ſecundum naturam humanam, ut caveatur hæreſis Arii qu. 16. 8. o., qu. 20. 1. 1. *Nativitas*. 12. &c. *Prædeſtinatio*. 45. &c.

29 Immo non tantum ad vitandum errorem, ſed quia eſt loquutio falſa. 3. diſt. 11. qu. 2. o., d. 21. q. 1. 3. 2., ℥. 4. c 48., Ver. q. 29. 1. 1.

30 Hæc proprie eſt vera, Chriſtus, ſecundum quod homo, eſt creatura; quia reduplicatio magis proprie facit ſtare pro natura, niſi per aliquid limitetur ad ſuppoſitum: ideo hæc eſt falſa, Chriſtus ſecundum quod hic homo, eſt creatura. 3. q. 16. 10. o., 3. d. 4. qu. 1. art. 2. qu. 1. o., q. 2. 1., d. 10. q. 1. art. 1. q. 2. o., d. 11. 3. o.

31 Hæc propoſitio, Chriſtus ſecundum quod homo, eſt perſona, non eſt vera, niſi reduplicet ſuppoſitum hominis, ut dicatur: Chriſtus, ſecundum quod iſte homo, eſt perſona. 3. d. 10. q. 1. art. 2. q. 1. o.

32 Immo eſt vera, ratione naturæ. 3. q. 16. 12. o.

33 In Chriſto eſt humana natura perfecta. Opuſc. 2. c. 216. *Abraham*. 95. *Accidens*. 83. 84. *Accipere*. 5. *Adam*. 8. *Addere*. 20. *Aditus*. *Adoratio*: 13. &c. 29. *Adventus*. *Agens*. 112. *Angelus*. *Anima*. 134. 212. *Animal*. 81.

34 Natura humana in Chriſto eſt nobilior quam in aliis, ratione unionis ad Verbum; non autem eſſentialiter. 3. qu. 2. 2. 2., 5. 1., 2. d. 16. 3. 4., Unio. 2. 12. *Annuntiatio*. 1. &c. *Apollinaris*. 2. &c.

35 Humanitas Chriſti fuit inſtrumentum Divinitatis eius. 1. 2. q. 112. 1. 1., 3. q. 7. 1. 3., q. 8. 1. 1., q. 13. 2. o., 2. 3. 4. o., q. 18. 1. 2., q. 19. 1. o., q. 34. 1. 3., q. 43. 2. o., q. 48. 6 o., q. 49 1. o., 1., 2., q. 50. 6. 3., q. 56. 1. 3., q. 62. 5. o. q. 64. 3. o., 3. d. 5. q. 1. 2. 6., d. 12. q. 2. 1. o., d. 18. 1. 4., art. 6. q. 1. o., 4. d. 43. art. 2. q. 1. o. fi., d. 48. qu. 1. 1. 5.,

CH

L. princ. ʒ. 4. c.41. Ver. q. 27. 3. 7., 4. 0., q. 29. 1. 9., 4. 0., 2., 5. 0., 2., Unio. 1. 0. fin., Opuſc.2. c.211. fin., Rom.4. fin., 1.Cor.15. lect.2. princ., 1.Theſs.4. lect.2. princ. *Apoſtoli*. 31. *Apparere*. 7. &c. *Aqua*. 15. 16. 17. *Arrius*. *Aſcendere*. *Aſſimilatio*. 5. &c. *Aſſumere*. *Aureola*. 9. *Auctoritas*. 2. *Baptiſmus*. 192. *Beatitudo*. 35. 36. 37. 112. 116. *Beatus*. 4. 5. 6. *Caritas*. 41. *Calum*. 33. 34. *Circumciſio*. 27. 128. *Claritas*. 14. &c. *Comprehenſor*. 2. *Conceptio*. 18. &c. *Confirmatio*. 13. 14. 27. 29. *Coniunctio*. 1. 3.

36 Natura humana non comprehendit totum eſſe Chriſti; ideo in Chriſto non habet rationem ſpeciei. 3. d.5. q.1. 3. 5. *Corpus*. 55. &c. *Credere*. 19. &c. 25. &c. *Damnatio*. 11. &c. *Debitum*. 13. *Dæmon*. 21. 22. *Deſcendere*. 1. &c. *Devotio*. 7.

37 Humanitas Chriſti, ſi a Divinitate ſepararetur, tunc haberet aliud eſſe ab eſſe divino. Quol. 9. 3. 0. *Deus*. 419. *Diaconus*. 2. 3. *Dioſcorus*. *Dos*. 9. 10. *Euchariſtia*. *Exaltatio*. *Facies*. 3. *Fides*. 43. 64. 65. 66.

38 Si humanitas Chriſti ſeperaretur a Verbo, ipſa haberet proptiam hypoſtaſim. 3. d.5. qu. 3. 3. 3., d.6. qu.1. 2. 5., Unio. 2. 10. *Filiatio*. 25. *Finis*. 58. *Flos*. *Frater*. 2. 3. *Genealogia*. 2. *Gratia*. 71. 85. 88. *Hæreſis*. 91. *Humilitas*. 17. *Iacobus*. 1. 2. *Ieſus*. 1. &c. *In*. 12. 15. *Incarnari*. *Individuum*. 6. 7. *Iudæi*. 15. &c. *Iudicium*. 49. *Lex*. 66.

39 Humanitas Chriſti fuit ſimilis accidenti, præcipue habitui tripliciter; ſcilicet quia advenit perſonæ divinæ poſt eius eſſe completum; ſecundum ſe eſt ſubſtantia, & melioratur; nec mutat Verbum, ſicut formatur veſtis ſecundum formam veſtientis, & non mutat veſtientem. 3. d. 6. qu. 3. 2. 1. *Accidens*. 19. *Liber*. 24. *Magi*. 1. &c. *Maria*. 6. 7. 13. 16. &c. 53. &c. *Matrimonium*. 51. *Miraculum*. 48. &c. *Miſſa*. 5. 21. 26. *Miſſio*. 17. &c. 42. 43. 44. *Mors*. 25. *Nativitas*. 8. *Nazareth*. *Nubes*. 3. *Oratio*. 90. *Paſſio*. 79.

40 Humanitas Chriſti poteſt dici individuum, particulare, & ſingulare; non autem ſuppoſitum, hypoſtaſis, res naturæ, vel perſona: quia perſona Filii Dei, eſt ſuppoſitum naturæ humanæ. 1. q. 29. 1. 2., 3. q.2. 2. 3., 5. 0., q.4. 4. 0., 3., q.16. 12. 2., 3., 2. d.16. 3. 4., 3. d.6. q. 1. art. 1. q.1. 0., qu. 3. 0, 3., d.10. q.1. 2. 0., d.21. q.1. art.1. q. 2. 6., Pot. q.9. 2. 13., Unio. 2. 0. fin., 3., 14., 4. 0., Quol. 9. 2. 0., Opuſc.3. c.6., Opuſc. 2. c.217., 218. *Paulus*. 8. 11. 12. 18. *Peccatum*. 31. *Perſona*. 15. *Poteſtas*. 1. &c. 9. *Præceptum*. 137. *Prædeſtinatio*. 5. *Præſentia*. 3. *Primogenitus*. 1. *Pſalmus*. 8. 9. 11. *Quieſcere*. 3. *Reſurrectio*. 6. 35. 40. &c. *Sacrificium*. 20. &c. *Sanguis*. 6. &c. *Scriptura*. 3. 18. *Sedere*. 3. 4. *Symbolum*. 11. *Sponſa*. 49. *Sponſalia*. 11. *Status*. 16. *Subiectio*. 5. &c. *Subſiſtentia*. 9.

41 Anima Chriſti eſt ſuper omnes creaturas. 3. qu.6. 3. 2., qu.59. 6. 3., 4. d. 48. qu. 1. 1. 0., 1. *Angelus*. 495. *Aſſumere*. 26. &c.

42 Anima Chriſti eſt inſtrumentum Divinitatis. 3. q.13. 2. 2. *Caritas*. 41. *Circumciſio*. 29. *Claritas*. 16. 18. *Conceptio*. 24. 25. *Contemplatio*. 27. *Deſcendere*. *Deus*. 419. *Doctrina*. 9. *Euchariſtia*. 100. 122. 138. 139. 140. *Fides*. 133. *Finis*. 35. *Fruitio*. 12. 13. *Gratia*. 114. 118. 127. *Hæreſis*. 44. *Iudicium*. 49. &c. *Matrimonium*. 51. *Membrum*. 9. 12. *Miraculum*. 48. &c. *Mors*. 42. 43. *Mutatio*. 11. *Omnipotentia*. 4. *Paſſio*. 79. &c. 100.

43 Ante incarnationem Filius Dei non dicebatur Chriſius. ʒ. 4. c.34. 20. *Accipere*. 5.

44 In Chriſto ea quæ ſunt hominis, prædicantur de Deo, & e converſo. 1. Cor.2. lect.2. princ. *Angelus*. 447.

45 Ea quæ ſunt humanæ naturæ, non prædicantur in abſtracto de Deitate, nec e converſo. 3. q.16. 5. 0., q.50. 3. 3., 3. d.5. L. fin., q.1. 2. 4., q.2. 2. 4., d.6. q.1. art.1. q.1. 0., d.11. 4. 0., d.21. q.1. 3. 3., Opuſc.3. c.6.

46 Natura humana non prædicatur de Chriſto in abſtracto, nec partes eius. 3. q. 2. 8. 0., q. 3. 7. 3., q.16. 1. 0., q. 17. 1. 0., q. 50. 3. 3., 3. d. 6. q.1. art. 1. q.1. 0., q.2. 1. 0., d.10. q.1. art. 2. q. 2. 3., d.11. 3. 4., 4. 0., d.21. q.1. art.1. q.2. 3., 4., 6. *Communicatio*. 8. *Deificatus*. *Dominicus*. 2. *Filiatio*. 7. 20. *Sacerdos*. 1. &c.

47 Natura divina, & proprietates eius, prædicantur de Chriſto in recto, tam in abſtracto quam in concreto; humanæ vero tantum in concreto. 3. q.3. 7. 3., q.17. 1. 0., 3. d.6. q.2. 1. 3., d.7. L., d. 11. 4. 0., ʒ. 4. c. 39., Unio. 2. 2., 7., Opuſc.3. c.6.

48 Ea quæ poſſunt convenire perſonæ ratione ſui, ſi habent repugnantiam ad proprietates perſonæ divinæ, non prædicantur de Chriſto; quæ autem conveniunt perſonæ ratione naturæ, vel ratione partis, dicuntur de Chriſto, licet repugnent perſonæ divinæ: quod enim eſt perſonæ proprium, de Chriſto non enuntiatur ratione humanæ naturæ, niſi cum aliqua additione vel expreſſa, vel ſubintellecta. 3. q.16. 8. 0., q.20. 2. 0., 3. d.7. q.2. 2. 3., q.3. art.2. q.2. 1., 2., d.21. q.1. 3. 0., 2., ʒ. 4. c.48., Ver. qu. 29. 1. 1., Opuſc. 7. art. 4.

49 Deus eſt caput Chriſti. 3. q.8. 1. 3., 8. 2., 3. d.13. q.2. 1. 4., 1. Cor.11. lect.1. fi. *Adiurare*. 10. *Andreas*.

50 Chriſtus eſſet caput Eccleſiæ ſecundum divinitatem tantum, ſi numquam incarnatus fuiſſet, homine non peccante. Ver. q.29. 4. 3.

51 Chriſtus ante incarnationem erat caput Eccleſiæ ſecundum humanitatem, per operationem hominum in eum, & non e converſo, ſed poſt utroque modo; ſecundum Divinitatem varo, ante, & poſt, & per utramque operationem, ſcilicet eius in nos, & e converſo. 3. qu. 6. 3. 3., q. 68. 1. 1., 3. d.13. q.2. art.2. q.2. 4., qu. 3. art. 2. q.3. 4., d.19. art.1. q.2. 2., 4. d.8. q.1. art. 3. q. 2. 1., Ver. qu. 29. 4. 9. *Angelus*. 596. *Anima*. 134. *Anulus*. *Apoſtoli*. 1. 10. *Aureola*. *Beneficium*. 15.

52 Chriſtus ſecundum naturam divinam, & humanam eſt caput Eccleſiæ, ratione trium proprietatum, ſcilicet perfectionis, influxus, & gubernationis; ſed quo ad quartam, ſcilicet quo ad connaturalitatem, eſt caput Eccleſiæ ſecundum naturam humanam tantum. 3. d.13. qu. 2. 1. 0., Ver. qu. 29. 4. 0. fin. *Caracter*. 30. *Circumciſio*. 4. *Diſpenſatio*. 4. *Eccleſia*. 2. 3. 6. *Epiſcopus*. 10. *Eva*. 2.

53 Chriſtus, ſecuodum quod homo, eſt caput Eccleſiæ triplici ratione, ſecundum tria quæ conſiderantur in capite, ſcilicet ſecundum ordinem, perfectionem, & virtutem: Primo ſpiritualiter Chriſtus habuit ordinem quia ſecundum propin-

quita-

Digitized by Google

CH

quitatem ad Deum, gratia eius eſt altior & prior; ſecundo perfectionem habuit, quantum ad plenitudinem omnium gratiarum; tertio virtutem habuit influendi in omnia membra Eccleſiæ. 3. q.8.1.0., q.48.1.0., q.49.1.0., q.59.2.0., 3.d. 13.q.2.1.0., Ver.q.29.3.0.fin., 4.0., Opuſc.1. c.213., 1. Cor.11. lect.1. med., Epheſ. 1. lect. 8. med., Coloſs.4. lect. 5. princ.

54 Tota humanitas Chriſti ſecundum animam, & ſecundum corpus, influit principaliter in animas, & ſecundario in corpore; ideo ſecundum utrumque eſt caput hominum, quo ad utrumque. 3.q.8.2.0., 4.1., 3.d.13.q.2.art.2.q.3.0., Ver. qu.29.4.1. *Euchariſtia*. 6. 238. 240. *Exaltatio*. *Fides*. 107. *Finis*. 35. *Fundamentum*. 2. *Oſtium*. *Imperator*. 7. *In*. 12.15. *Incorporari*. *Innocentia*. 3. *Ioannes*. 9. &c. *Iudicium*. 57. *Iuſtificatio*. 36. &c. *Iuſtus*. 1: *Lex*. 111. 115. *Liber*. 5. 19.20.24. *Liberalitas*. 12. 15. *Martyrium*. 6. 7. *Matrimonium*. 47. 51. 65. 121.

55 Proprium eſt Chriſti eſſe caput Eccleſiæ quo ad influxum interiorem, ſed quo ad influxum exteriorem convenit aliis participative, particulariter, & vice Chriſti; Chriſto autem ſecundum omnem locum, tempus, & ſtatum omnium pertinentium ad Eccleſiam, & propria auctoritate. 3.q.8.6.0., 7.0., Ver. q.29.4.2.

56 Chriſtus, ſecundum quod homo, præ aliis miniſtris, caput Eccleſiæ dicitur: quia per fidem eius iuſtificamur, per invocationem nominis eius ſacramentis imbuimur, & virtute paſſionis eius, tota natura humana a peccato originali purgatur. Ver.q.27.3.6. *Mediator*. *Membrum*. 8. &c. *Miſericordia*. 30. *Miſſa*. 5.21.26. *Mulier*. 1. *Nox*. 2. *Papa*. 4.6.7. *Paſtor*. *Pœnitentia*. 59. 60. *Petrus*. 1.2.3.4.6.7. *Prælatio*. 25. *Religio*. 27.98. *Sanctificatio*. 5. *Scientia*. 64. *Subiectio*. 5. &c.

57 Chriſtus eſt caput omnium hominum; ſed primo beatorum, ſecundo habentium caritatem viæ, tertio fidelium, quarto uniendorum, quinto unibilium; ſed nullo modo damnatorum, quia penitus deſinunt eſſe membra Chriſti. 3. qu.8.3. 0., q.19.4.0., 1., 3.d.13.q.2.art.2.q.2.3.0.

58 Eadem eſſentialiter eſt habitualis gratia Chriſti, quæ dicitur gratia unionis, capitis, & ſingularis perſonæ. 3.q.8.5.0., 3.d.13.q.3.art.2. q.1.2.0., 4.d.5.q.1.art.3.2.3., Ver.q.29.2.0., 5.0.fin., 6., Opuſc.3.c.214., Ioan.3.lect.6. med. *Adoptio*. 22.23. *Adoratio*. 13. *Amor*. 30.66.&c. *Angelus*. 492. 495. &c. *Aſſumere*. 52. 60.

59 Gratia unionis, ſingularis, & capitis, ſunt ſimul tempore, ſed ordine naturæ, & intellectus, prima præcedit ſecundam, & ſecunda tertiam: quia prima convenit Chriſto inquantum Deus, ſecunda inquantum homo in ſe, tertia quo ad alios. 3.q.7.13.0., 3.d.13.qu.3.art.2.qu.3.0., Opuſc. 2. c.214.

60 In Chriſto fuit triplex plenitudo gratiæ, ſcilicet unionis perſonalis, capitis, & ſingularis: Prima eſt eius ut cauſæ finalis; ſecunda ut efficientis; tertia ut formalis ad omnem effectum, & ad omnem uſum gratiæ. 3.qu.7.art.7.9.10. 12.0., 3.d.13.q.1.art.2.q.1.0. *Beatitudo*. 35.36. 37.112.116. *Conceptio*. 28.29. *Dos*. 8.9.10:

61 Gratia perſonalis, & gratia capitis in Chriſto ordinantur ad actum; non autem gratia unionis, ſed ad eſſe perſonale; ideo prima & ſecunda conveniunt in eſſentia habitus, non autem tertia; licet etiam prima dicatur gratia unionis, inquantum facit congruitatem ad unionem. 3. qu.8.5.3. *Eccleſia*. 2.6. *Eva*. 2. *Euchariſtia*. 57. 59. 69. 70. 98.

62 Gratia habitualis fuit in Chriſto. 3.q.7.1.0., 3.d.13.q.1.1.0., Ver.q.29.1.0., Opuſc.2.c.215., Ioan.3.lect.6. med.

63 Gratia habitualis requiritur in Chriſto ad hoc quod ſit caput Eccleſiæ. Ver.q.29.5.0.

64 Requievit ſuper Chriſtum Spiritus Domini, qui quidem in homine dicitur eſſe per gratiam habitualem. 3.q.7.1.0.

65 Gratia Chriſti habitualis ut ens eſt finita, ſed ſecundum rationem gratiæ poteſt dici infinita, eo quod non limitatur: quia ſemper habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ. Opuſc. 2. c. 221. *Frater*. 2. 3. *Gratia*. 85. 88. *Gratioſus*. *Elias*. 3. *Hæreſis*. 93. *In*. 12.15. *Incorporari*. *Iudicium*. 57. *Lex*. 16. 102.

66 Gratia unionis eſt eſſe perſonale, quod a Deo datur gratis humanæ naturæ in perſona Verbi, & eſt terminus aſſumptionis eius. 3. qu. 6. 6.0., Ver. q.29. 2. fin., Quol. 9. 2.3. *Lingua*. 8. *Movens*.

67 Gratia unionis in Chriſto dupliciter dicitur, ſcilicet voluntas Dei dans gratis, & donum eius, ideſt unio, vel aliquis habitus: Primo modo loquuntur ſancti communiter, & eſt quid Increatum; non autem ſecundo modo. 3.qu.2.10.0., qu.6.6.0., qu.7.11.0., 3.d.13.q.3.1.0., Quol. 9.2.3. *Maria* 16. &c. 68. *Matrimonium*. 51.

68 Unio Chriſti facta eſt per gratiam primo modo, non autem ſecundo modo. 3.q.2.10.0., q.6.6.0., Ver. q.20.2.0.

69 Gratia Chriſti, ſive unionis, ſive habitualis, dicitur naturalis Chriſto: quia habuit eam a nativitate, & quia cauſatur a natura eius divina, non autem a natura humana. 3.q.2.12.0., q.7.13.2., q.34.3.2., 3.d.4.qu.3.art.2.qu.1.0. *Miraculum*. 23. 32. 33. 40. 48. &c. *Miſſio*. 38. *Prædeſtinatio*. 45. &c. *Prædicare*. 16. &c. *Prophetia*. 84.

70 Gratia unionis, fuit ſimpliciter infinita in Chriſto, ſed gratia habitualis eius fuit infinita ſecundum rationem gratiæ, finite vero ſecundum rationem entis. 3.q.7.11.0., 1.d.17.q.2.4.3., d.44.3.2., 3.d.13.qu.1.art.2.qu.2.0., d.19. art.1.qu.1.0., Ver.q.29.3.0., Opuſc.2.c.214., 215., Ioan.3.lect.6.med.0. *Sacerdos*. 1. &c. *Sacramentum*. 57. &c. 107.

71 Habere gratiam convenit Chriſto ſecundum naturam humanam, non autem ſecundum naturam divinam, ſed eſſe largitorem gratiæ. 3. qu. 7. 7. 2.

72 Chriſtus habuit plenitudinem omnis gratiæ dupliciter, ſcilicet in ſummo, & quo ad omnes effectus gratiæ. 3.qu.7.7.1., 9.0., 10.12.0., q.15.2.3.0., q.22.1.0., 1., 3., q.27.5.1., q.28. 4.2., q.38.2.2., 3.d.13.q.1.art.2.q.1.0., d.15. q.1.2.5., Opuſc.2.c.21., Iſa.1., Ioan. lect.8. fin.0., c.3.lect.6.med., 1.Cor.1.lect.1.med., c.12.lect.1.fin., Col.lect.5.princ. *Sacrificium*. 34. *Sanctificatio*. 5. *Thurificatio*. 2.

73 Plenitudo gratiæ duplex, ſcilicet una ex parte ſubiecti: prima eſt propria Chriſto, ſecunda vero convenit etiam aliis per Chriſtum. 3.q. 7.10.0., 3.d.13.q.1.art.2.qu.2.0.

74 Plenitudo duplex fuit in Chriſto, ſcilicet

Digitized by Google

CH

prima Divinitatis, ſecunda gratiæ & veritatis; & ſecunda derivatur a prima. 3. qu. 15. a. 3. o., q. 59. 4. a., q. 34. 1. o., Ver. q. 29. 5. 1.

75 Plenitudo gratiæ, & Divinitatis habitat in Chriſto corporaliter tripliciter, ſcilicet per unionem perſonalem ad corpus, contra umbram, & triplici unione, ideſt carnis, mentis, & ſenſus. 3. q. 2. 10. a., 3. diſt. 4. qu. 3. art. a. qu. 2. o., Col. a. lect. 2. fin.

76 Omnes gratiæ gratis datæ, fuerunt in Chriſto excellentiſſime. 3. q. 7. 7. o.

77 Chriſtus primitias gratiæ ſuſcepit divinitus, & eius gratia eſt cauſa noſtræ gratiæ. 4. d. 43. art. a. q. 5. o.

78 Gratiæ in Chriſto non dividuntur, ſed dividuntur in aliis hominibus, qui recipiunt particulariter efficaciam ad aliquos actus. Chriſtus autem recipit gratiam pleniſſime ad omnes actus. 3. q. 7. 7. 1.

79 Gratia Chriſti nullo modo potuit augeri, ſicut nec gratia beatorum; ſed gratia cuiuſcumque viatoris puri poteſt augeri ex parte gratiæ, & ex parte ſubiecti. 3. q. 7. 12. o., 1. d. 15. q. 5. art. 5. q. 4. o., d. 17. q. 2. 4. 3., 3. d. 13. q. 1. art. 2. q. 3. o., d. 18. 5. o., Iſa. 11. princ.

80 Eminentia gratiæ Chriſti ſumitur ex quinque, ſcilicet quantum ad ſapientiæ plenitudinem, quantum ad virtutum operationem, quantum ad cæli aſcenſionem, quantum ad ſeſſionem ad dexteram Patris, & quantum ad paſſionis ignominiam. Iſa. 52. fin.

81 Gratia cuiuscumque alterius hominis, quantumcumque creſcat, non poteſt adæquari gratiæ Chriſti, quia comparatur ei ſicut particulare ad univerſale: ideo non ſunt eiuſdem rationis. 3. qu. 7. 11. 3., qu. 10. 4. a., 3., 3. d. 13. q. 1. art. 2. qu. a. 3., Ver. q. 29. 3. 5., Coloſs. 1. lect. 5. med.

82 Gratia Chriſti non fuit interrupta per peccatum, nec turbata per fomitem, ſicut in nobis. Iſa. 11. princ. *Fomes*. 55.

83 Chriſtus habuit omnes virtutes ad perficiendas potentias ſingulas ad omnes actus animæ. 3. q. 8. a. o., 3. 1., q. 55. 2. o., 3. d. 13. q. 1. 5. o. *Accidens*. 84. *Adeps*. 2. *Agens*. 3. 112. *Anima*. *Amen*. 3.

84 Quicquid perfectionis ſpiritualis, & virtutis eſt poſſibile alicui creaturæ, totum creditur eſſe collatum Chriſto in primo inſtanti ſuæ conceptionis. Ver. q. 29. 8. o. *Angelus*. 530. *Bucella*. *Conſilium*. 8.

85 Chriſtus habuit virtutes morales quo ad uſum patriæ, & viæ, non derogantes perfectioni eius; non autem ad domandas paſſiones. 3. q. 7. 2. 2., 3., 3. d. 13. q. 1. art. a. q. 1. 2. *Credere*. 21. &c. *Eucbariſtia*. 242. 247.

86 Virtutes circa paſſiones illatas habuerunt eumdem uſum in Chriſto, & in nobis, propter paſſibilitatem corporis eius, & uſum patriæ propter perfectionem animæ; non autem virtutes circa paſſiones innatas, quæ non erant in Chriſto, ut oporteret eas cohibere per virtutes. 3. d. 13. q. 1. art. 2. qu. 1. 2., d. 33. L. *Exemplum*. 1. *Galilæa*. 3. *Humilitas*. 17. 18. 59. *Ieiunium*. 53. &c. *Ioannes*. 5. &c. 50. &c. *Ira*. 25. *Iudas*. 1. 2. 3. *Iuſtus*. 1. *Lex*. 518. 119.

87 Chriſtus habuit ſummum gradum fortitudinis, ſuſtinens impugnationem, non quidem interiorem a fomite, ſed exteriorem e diabolo, & a mundo, quos ſuperando, victoriæ coronam promeruit. 3. q. 15. 2. 3. *Fomes*. 15.

88 Chriſtus habuit temperantiam, non autem continentiam. 3. q. 7. 2. 3. *Liberalitas*. 15. *Lingua*. 7. &c.

89 Chriſtus virtute ſuæ Divinitatis poterat in ſe, & in ſuis diſcipulis, ſine abſtinentia, habere virtutem continentiæ. 3. qu. 40. 2. 2. *Magnificentia*. 6. *Maria*. 20. *Matrimonium*. 121. *Mors*. 33.

90 Chriſtus non vixit in delitiis, quia decuit eum abiicere terrena bona, ut nobis daret exemplum ea contemnendi. 3. d. 20. art. 4. q. 2. 4. *Bonitas*. 218. *Paulus*. 11. 12. *Paupertas*. 7. *Pax*. 13. 22. *Prædicare*. 20.

91 Fides non fuit in Chriſto. 1. a. q. 65. 5. 3., 3. q. 7. 3. o., 4. o., 8. 2., 9. 1., 3. d. 13. qu. 1. art. a. q. 1. 1., d. 36. 2. 3., 4. d. 33. q. 3. a. 6., Ver. q. 29. 4. 15., Virt. q. 4. 1. 12. *Prædicator*. 7. *Prælatio*. 25. *Prudentia*. 18.

92 Chriſtus habuit quicquid eſt perfectionis & virtutis in fide, & ſpe. 3. q. 7. 9. 1., 4. d. 33. q. 3. 2. 6., Ver. q. 29. 4. 15., Virt. q. 4. 1. 12.

93 Chriſtus habuit meritum fidei quia fides conſiſtit in aſſenſu, ex obedientia Dei, quem Chriſtus pleniſſime habuit. 3. q. 7. 3. a., 3. d. 36. 2. 3.

94 Chriſtus eſt auctor fidei dupliciter, ſcilicet prædicando, & infundendo; & eſt conſervator eius dupliciter, ſcilicet confirmando eam per miracula, & præmiando. Heb. 12. lect. 1. med. *Religio*. 27. 98. *Seducere*. *Subditus*. *Timor*. 13.

95 Chriſtus non habuit ſpei virtutem, licet ſperaverit aliqua ſibi, & aliis. 1. a. qu. 65. 5. 3., a. a. q. 18. 2. 1., 3. q. 7. 4. o., 6. 1., 8. 2., 9. 1., 3. d. 13. q. 1. art. a. q. 1. 1., d. 26. q. 2. art. 5. q. 1. o., d. 36. a. 3., Ver. q. 29. 4. 15., Virt. qu. 4. 5. 12., 4. 16., Pſalm. 15. princ., Pſalm. 30. princ., Heb. 2. lect. 3. fin.

96 Voluntas animæ Chriſti informabatur caritate, & aliis virtutibus. 3. q. 49. 6. 2.

97 Chriſtus habuit pleniſſime ſeptem dona Spiritus ſancti. 3. q. 7. 5. o., Iſa. 11. med.

98 Chriſtus dat dona, inquantum Deus, & recipit ea, inquantum homo. 3. qu. 7. 5. 2. *Datio*. 32. 34.

99 Chriſtus meruit ſecundum humanitatem, non ſecundum Divinitatem. 3. q. 53. 4. 2., 3. d. 18. a. 6., Ver. q. 29. 6. o.

100 Chriſtus meruit ante mortem, non autem nunc, quia non eſt viator. 3. d. 18. a. 3., Ver. q. 29. 6. o. *Aditus*. *Ala*.

101 Chriſtus meruit quolibet actu eius. 3. d. 18. 2. 5. o., Ver. q. 29. 7. 6., Opuſc. 2. c. 239. *Angelus*. 506. 530.

102 Chriſtus ſecundum illos actus quibus meruit, etiam in alios influxit: quia merendo pro aliis ſatisfecit, & aliis gratiam meruit, ſecundum quod caput noſtrum dicitur. 3. d. 53. qu. 3. art. a. q. 2. 5., Opuſc. 2. c. 239. *Antichriſtus*. 5.

103 Chriſtus meruit ſibi gloriam corporis, ſcilicet immortalitatem, impaſſibilitatem, & huiuſmodi, & ea quæ pertinent ad excellentiam eius exteriorem, ſicut eſt aſcenſio, & veneratio eius; non autem gloriam animæ, nec ſcientiam, nec gratiam, nec Deitatem, nec virtutes. 3. q. 19. 3. o., q. 22. 4. 2., q. 34. 4. 1., q. 45. 1. o., q. 46. 1. o., q. 48. 5. o., q. 49. 3. 3., 6. o., qu. 54. 2. o., q. 59. 3. o., 3. d. 18. a., 4. 5. o., Ver. q. 26. 6. ar., q. 29. 6. o., Quol. 9. 8. o., Opuſc. 2. c. 238. *Aſcendere*.

Digitized by Google

CH

dere. *Aureola*. 9. 16. *Baptiſmus*. 161. 167. 174. 180. 187. 189 191. 192. &c. 209. 212. 247.

104 Meritum Chriſti fuit infinitum ex circumſtantia perſonæ, non autam ſecundum extenſionem actus. 2. d. 9. 8. 2., 4. d. 14. q. 2. art. 1. q. 1. 4., d. 15. qu. 1. 2. 1., Ver. qu. 29. 3. 4., 8., 5., 4., Qool. 3. 3. 3., Opuſc. 2. c. 238.

105 Meritum Chriſti ſe extendit ad totam naturam humanam, non autem maritum alicuius puræ creaturæ. 2. d. 20. q. 2. 3. 3., 3. d. 1. q. 1. 2. 7., 9., d. 4. q. 3. 1. q. 1. o., d. 18. art. 6. q. 1. o. q. 2. o., L. med., d. 19. art. 1. q. 1. o., Ver. q. 29. 7. o. *Beatitudo*. 124. *Benedictio*. 1. 4. *Circumciſio*. 12. *Clavis*. 21. *Conceptio*. 30. 31. *Contritio*. 13.

106 Chriſtus meruit aliis, ſcilicet omnibus membris eius, ideſt ſolis rageneratis ſpiritualiter, ideſt per baptiſmum. 1. q. 19. 4. o., q. 48. 1. o., 6. o., q. 49. 1. o., 2. d. 20. q. 2. 3. 3., Ver. qu. 2. 6. 21., q. 29. 7. o. *Damnatio*. 4. 1. 2. *Euchariſtia*. *Exaltatio*. *Feſtum*. 10. *Gratia*. 71. 85. *Hæreſis*. 88. 93. 94. 136. &c. *Incarnari*. 5. 14. *Indulgentia*. 8. *Iudæi*. 18. 19. 20. *Iudicium*. 57. &c. *Iuſtificatio*. 40. &c. *Latro*. *Limbus*. 6. *Maria*. 61.

107 Chriſtus meruit aliis præmium aſſantiale, quod nullus alius poteſt. 1. 2. q. 114. 6. o., 3. qu. 19. 4. o., q. 46. 3. o., q. 48. 1. o., 6. 3., q. 61. 1. a., 2. d. 20. q. 2. 3. 3., d. 27. 6. o., 3. d. 18. 6. o., L., d. 19. 1. o., 4. d. 19. q. 1. art. 2. q. 1. o., Var. q. 26. 6. 21., q. 19. 7. o. *Mors*. 36. *Oratio*. 57. *Paſſio*. 100. &c. *Peccatum*. 259. 353.

108 Meritum Chriſti operatur ſufficienter ſalutem hominum, ut cauſa univarſalis; tamen requiruntur alia merita, ut cauſæ particulares. 2. d. 27. 6. 2., 3. d. 18. art. 6. q. 2. 3., Ver. q. 29. 7. 4., 8., 11.

109 Meritum Chriſti operatur in omnibus ſacramentis, & in omnibus meritis noſtris. 4. d. 14. q. 1. er. 4. q. 1. 1., d. 20. art. 3. q. 1. o. *Pœna*. 63. *Pœnitentia*. 126. *Redemptio*. *Sacerdos*. 36.

110 Meritum Chriſti aſt radix omnium meritorum noſtrorum, a quo efficaciam habent. 2. d. 27. 6. 2., 3. d. 4. q. 3. 1. o.

111 Chriſtus nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipſe excellentius non implaret. 3. q. 7. 3. 2. *Sacramentum*. 16. 56. 57. 59. 101. &c. 106. 107. 120. *Sacrificium*. *Salvari*. 3. 4. *Sanctificatio*. 8. 11. *Sanguis*. 7. &c. *Sanitas*. 9. *Satisfactio*. 32. &c. *Servitus*. 16.

112 In Chriſto fuit aliqua ſcientia creeta præter ſcientiem increatam. 3. q. 9. 1. o., 3. d. 14. art. 1. q. 1. o., Ver. q. 20. 1. o., Opuſc. 2. c. 216. *Adinventio*. *Angelus*. 497 &c. *Apoſtoli*. 13. *Conſilium*. 10. *Decimæ*. 7. &c. *Doctor*. 1. 2. *Doctrina*. 1. 3 28. *Dubitatio*. 3.

113 Scientia divina Chriſti non offuſcabat ſcientiam humanam, ſed magis claram reddebat. 3. q. 9. 1. 2., 3. d. 14. art. 1. q. 1. 2.

114 Scientia animæ Chriſti eſt nobilior ſecundum quid quam anima eius, non autem ſimpliciter. 3. qu. 11. 5. 3., 3. d. 14. art. 1. qu. 1. 3., q. 3. 3., Ver. q. 20. 1. 1., q. 29. 1. 11. *Fides*. 24. 54. 64. 85. 104. 105. *Fructus*. 1. *Galilæa*. 3. *Hæreſis*. 76. *Ieiunium*. 18. *Ioannes*. 7. *Lex*. 16. 118. *Liber*. 15. 19. 20. 24. *Matrimonium*. 44. *Prædicare*. 17. &c. *Prædicator*. 7. *Prophetia*. 76. 77. *Reſiſtere*. 6. *Sacrificium*. 34. *Viſio*. 15.

115 Anima Chriſti poterat intelligere per ſcientiam inditam, convertendo ſa ad phantaſmata, & etiam ſine eis. 3. qu. 11. 2. o., 4. fin., qu. 34. 2. 3., 3. d. 1. q. 1. 2. 2., d. 14. art. 3. qu. 2. 3. o., Ver. q. 20. 3. 1.

116 Chriſtus habuit omnium rerum ſcientiam ſpeculativam, & practicam non quidem practice, idaſt non qua ipſe faceret res, ſed qua ſciret, qualiter rei factæ ſunt a Deo. 3. q. 13. 1. 3., 3. d. 14. 4. 2.

117 Anima Chriſti ad viſionam beatam indigebat habitu luminis gloriæ; non autem indigabat ſpeciebus, quibus tamen indigebat ad viſionem omnium creaturarum in propriis naturis. Ver. q. 20. 2. o.

118 In Chriſto fuit plenitudo gratiæ, & omnis virtutis, & omnis ſcientiæ. 3. q. 15. 2. o., 3. o., 1., Opuſc. 2. c. 226.

119 In ſexta Synodo damnata aſt poſitio negantium in Chriſto duas ſcientias, vel ſapientias, ſcilicet creatam ſcientiam, & increetam. 3. q. 9. 1. o. fin., Opuſc. 2. c. 223.

120 Scientia beatorum fuit in Chriſto. 3. q. 9. 2. o., 3. 4. o., Opuſc. 3. c. 216. *Abſtractio*. 20. *Angelus*. 500.

121 Anima Chriſti in Trinitate novit omnia quæ Trinitas in ſe cognoſcit, non autem aliqua alia creatura. 3. d. 14. art. 2. q. 1. 1.

122 Anima Chriſti in Verbo non comprehendit Verbum, ſeu divinam eſſentiam. 3. q. 10. 1. o., 2. o. 3. 1., 2., 3. d. 14. ar. 2 q. 1. 2. o., Var. q. 20. 4. o., 5. o., Quol. 3. 3. o., Opuſc. 2. c. 216., 1. Tim. 6. lect. 3. fin.

123 Anima Chriſti in Verbo cognoſcit omnia quæ quandoque ſunt, & cogitatus, non autem omnia quæ ſunt in potentia Dei. 3. q. 10. 2. o, qu. 59. 2. 3., 3. d. 14. ar. 2. qu. 2. o., art. 4. 3., 4., Ver. q. 8. 4. o., q. 20. 4. o., 1., 5. o., Quol. 3. 3. o., Opuſc. 2. c. 215. *Attingere*. 3. *Beatitudo*. 112. *Comprehendere*. 4. 5. *Comprehenſor*. 2.

124 Anima Chriſti in Varbo cognoſcit omnia quæ Deus novit ſcientia viſionis non autem omnia quæ Deus novit ſimplici intelligantia. 3. q. 10. 1. 2., q. 13. 1. 2., 3. d. 14. art. 2. q. 2. o., q. 4. 2., 4. d. 49. q. 2. 5. o, Ver. q. 8. 4. o., q. 20. 4. o., Quol. 3. 3. o. fin. *Conceptio*. 28. 30. *Gloria*. 15. &c. 18. *Natura*. 35.

125 Scientia animæ Chriſti in Verbo parificatur ſcientiæ viſionis Dei quo ad numerum ſcibilium, non autem quo ad claritatem. 3. q. 10. 2. 3., q. 13. 1. 2., 3. d. 14. art. 2. q. 2. 2., 3., q. 3. o., art. 4. 3., 4., Ver. q. 20. 4. 9.

126 Anima Chriſti in Verbo ſcit infinita in potentia, quaſi ſcientia ſimplicis intelligentiæ; non autam ſcit infinita in actu, ideſt ſcientia viſionis, quia entia in actu ſecundum omne tempus non ſunt infinita, quia genaratio non eſt æterna. 3. q. 10. 3. o., 3. d. 14. art. 2. q. 2. 2., qu. 4. 2., Ver. qu. 20. 4. 1., 2., 5., Quol. 3. 3. o.

127 Oppoſitum eidatur dicere. 1. qu. 14. 12. o., Ver. q. 20. 4. o.

128 Anima Chriſti in Verbo cognoſcit quicquid eſt in potentia creaturæ. 3. q. 10. 2. 3. o., 3. d. 14. art. 2. q. 2. o., 2., 3., Ver. qu. 20. 4. 1., Quol. 3. 3. o. fin., Opuſc. 2. c. 215.

129 Anima Chriſti in Verbo comprehendit omnis creaturæ eſſentiam, & per conſequens comprehendit eius potentiam, & virtutem, & omnia quæ ſunt in potentia creaturæ. 3. q. 10. 2. o., Quol. 3. 3. o. fi.

130 Sciantia beata animæ Chriſti eſt perfectiſſima ſimplicitar, non autem eius ſcientia indita, ſed eſt perfectiſſima in genere humanæ cognitionis. 3. q. 9. 2. o., q. 11. 5. 1

131 Scientia indita animæ Chriſti fuit habitualis, non autem ſcientia eius beata. 3. q. 11. 5. o., 3. d. 14. art. 1. q. 2. 3. o., Ver. q. 20. 2. o.

132 Chri-

CH

132 Chriſtus quo ad intellectum habuit plenam, & apertam Dei viſionem; ſed in imaginativa habuit quaſdam ſimilitudines, in quibus poterat divina ſpeculari. 3. q. 7. 8. t.

133 In Chriſto fuit ſcientia infuſa a Verbo per ſpecies omnium rerum ad quas intellectus poſſibilis eſt in potentia. 3. q. 9. 3. o., 4. o., 2., q. 12. 1. o., 3. d. 14. art. 1. q. 5. o., Ver. q. 20. 2. o. fin., 3. o., Opuſc. 2. c. 226.

134 Scientia Chriſti infuſa, fuit diſtincta in multos habitus. 3. qu. 11. 6. o. *Amen*. 3. *Angelus*. 497. 498.

135 Oppoſitum videtur dicere. 3. d. 14. art. 3. qu. 4. o.

136 Scientia Chriſti infuſa, erat diſcurſiva, ſeu collativa, quo ad uſum, ſicut volebat, non autem quo ad acquiſitionem. 3. q. 11. 3. o., 4. fin., 3. d. 14. art. 3. q. 3. o., Ver. q. 20. 3. 1. *Prophetia*. 26. 76. 77. 84.

137 Anima Chriſti per ſcientiam infuſam cognoſcebat omne cognoſcibile ab homine per virtutem intellectus agentis, ideſt omne pertinens ad ſcientias humanas, & omne notum homini per revelationem, & omne pertinens ad prophatiam, vel ad quodcumque donum Spiritus ſancti, non autem eſſentiam Dei, 3. q. 11. 1. o., q. 12. 1. o., 3. d. 14. art. 3. q. 1. o., q. 4. o., q. 5. 2., Ver. q. 20. 6. o., Opuſc. 2. c. 226.

138 Et per eam poterat cognoſcere ſubſtantias ſeparatas, ſicut poteſt anima ſeparata. 3. q. 11. 1. 2., q. 12. 1. 3., Ver. q. 20. 6. o.

139 Et per eam cognoſcebat plura, & plenius quam Adam in ſtatu innocentiæ, & quam Angeli ſecundum cognitionem naturalem. Verit. qu. 20. 3. 6. o.

140 Et per eam cognoſcebat omnia ſingularia, præſentia, præterita, & futura. q. 11. 1. 3., q. 12. 1. 3.

141 Immo per eam non cognoſcebat futura contingentia, nec cogitationes cordium. 3. d. 14. art. 3. q. 1. o., q. 5. 20. 6. o.

142 Chriſtus cognovit cum continuo & tempore, phantaſmatibus quaſi obiectis intellectus utens, non quidem accipiens ſpecies ab eis, ſed ponens eas circa. 3. d. 14. art. 3. q. 2. o.

143 In Chriſto fuit ſcientia acquiſita, ſeu experimentalis, per ſpecies acquiſitas per operationem intellectus agentis eius. 3. q. 9. 4. o., q. 12. o., q. 15. 8. o., Opuſc. 2. c. 226. *Conſilium*. 10. &c. *Contemplatio*. 27.

144 Oppoſitum videtur dicere. 3. d. 14. art. 3. q. 5. 3., d. 18. 3. 5., Var. q. 20. 3. 1.

145 Anima Chriſti per ſcientiam acquiſitam ſcivit omne quod ſciri poteſt per actionem intellectus agentis, non autem eſſentias ſubſtantiarum ſeperatarum, nec ſingularia præterita, vel futura. 3. q. 12. 1. o. *Fructus*. 1.

146 Chriſtus profecit in ſcientia acquiſita, quia illa augebatur eſſentialiter, non autem aliæ ſcientiæ eius, ſed tantum ſecundum effectus, & ſecundum experientiam, & ſecundum apparentiam. 3. q. 7. 12. 3., q. 12. 2. o., 3. 3., q. 15. 8. o., 3. d. 13. L. fin., d. 14. art. 3. q. 5. o., Var. q. 20. 6. 3., Opuſc. 2. c. 226., Ioan. 4. lect. 1. princ., Hebr. 5. lect. 2. princ. *Sapientia*. 9. *Scientia*. 24. 75.

147 Chriſtus nihil didicit ab homine, quia non convenit dignitati Chriſti doceri a quocumque hominum. 3. q. 12. 3. o.

148 Anima Chriſti, inquantum unita Deo, etiam quo ad naturalia non recipit lumen ab Angelis, ſed immediate a Deo. 3. d. 13. q. 2. art. 2. q. 1. 3.

149 Voluntas duplex eſt in Chriſto, ſcilicet voluntas divina, & voluntas humana, contra hereſim Macharii Patriarchæ Antiocheni, Ciprî Alexandrini, & Sergii Conſtentinopolitani. 3. q. 18. 1. o., 3. d. 14. art. 1. q. 1. o., d. 17. art. 1. q. 1. o., ℥. 4. c. 36., Pot. q. 10. 4. 13., Opuſc. 2. c. 212., Ioan. 6. lect. 4. r. *Aſſumere*. 58. 59.

150 Voluntas humana in Chriſto dicitur tripliciter, ſcilicet potentia naturalis, motus naturalis, & motus rationalis. 3. qu. 18. 1. 3. *Conceptio*, 27.

151 In Chriſto eſt duplex voluntas humana, ſcilicet voluntas rationis, & voluntas ſenſualitatis, ideſt appetitus ſenſitivus. 3. q. 18. 2. o., 5. o., 3. d. 17. art. 1. q. 2. o., Opuſc. 2. c. 212. *Deliberatio*. 1. *Electio*. 15. *Euchariſtia*. 176. *Fruitio*. 12. 13.

152 Immo in Chriſto fuit tantum una voluntas humana. 3. qu. 18. 2. 2., 3. o., 4. 5. o. *Gloria*. 18.

153 In Chriſto fuit tantum una voluntas humana rationalis per eſſentiam, ut potentia, ſed duplex actus, ſcilicet ut natura, & ut ratio, vel theleſis, ideſt ſimplex voluntas, & buliſis, ideſt conſiliativa, ſecundum Dameſcenum. 3. q. 18. 2. 2., 3. o., 4. 5. o., 3. d. 17. art. 1. q. 3. o., Opuſc. 2. c. 212. *Iudicium*. 56. *Latre*. 2. *Maria*. 7. *Mors*. 30. &c. *Nativitas*. 17. 18.

154 In Chriſto fuit aliquis motus ſenſualitatis non præviſus, ſed ſubitus reſpectu ſenſus, non autem reſpectu rationis, & Deitatis. 3. d. 17. art. 1. q. 2. 5.

155 Immo Chriſtus voluit aliud quam Deus, voluntate ſenſualitatis. 3. qu. 21. 3. 4. o. *Nazareth*. *Omnipotentia*. 4. *Oratio*. 91. 94. 95. *Paſſio*. 97. 100. 111. *Paulus*. 12. *Peccatum*. 115. 116.

156 Chriſtus voluit aliud quam Deus voluntate ſenſualitatis, & ut natura, non autem ut ratio; ſed ſemper voluit idem, & ſemper fuit conformis ei. 3. q. 18. 5. o., 6. o., 1., q. 21. 3. 4. o., 3. d. 17. art. 2. q. 1. o.

157 Voluntas pietatis in Chriſto eſt voluntas ut natura, inquantum abſoluta refugit nociva ſibi, & aliis. 3. q. 18. 3. 3., 3. d. 17. art. 1. 3. 6., art. 3. q. 4. 2., Opuſc. 2. c. 232.

